

nocte apparuit ei deus dicens: Postula quod vis. ut dem tibi. Dixitque salomon deo: Tu fecisti cum dauid patre meo misericordiam magnam. et constituiti me regem pro eo. Nunc ergo domine deus. impleat sermo tuus quem pollicitus es dauid patri meo. Tu enim me fecisti regem super populum tuum multum: quod tam inuenerabilis est quam pulvis terre. Da mihi sapientiam et intelligentiam: ut ingrediar et egrediar coram populo tuo. Quis enim poterit hunc populum tuum digne quod tam grandis est. iudicare? Dixit autem deus ad salomonem. Quia hoc magis placuit cordi tuo et non postulasti diuitias et subas et gloriam. neque auras eorum quod te oderant. sed nec dies vitę plurimos petisti autem sapientiam et scientiam. ut iudicare possis populum meum. super que constitui te regem: sapientia et scientia data sunt tibi. Diuitias autem et subam et gloriam dabo tibi: ita ut nullus in regibus nec ante nec post te fuerit similis tui. Venit ergo salomon ab excelso gabaon in hierusalē coram tabernaculo factus: et regnavit super israel. Congregavitque sibi currus et equos. et facti sunt ei mille quadringenti currus. et duodecim milia equorum. et fecit eos esse in viribus quadringentis et cum rege in hierusalē. Dixitque rex argentum et aurum in hierusalē quasi lapides: et cedros quasi sycomoros que nascuntur in campis: et multitudine magna. Adducebatur autem ei equi de egypto de choa a negociatoribus regi: qui ibant et emebant pretio quadringenta equorum sexcentis argenteis: et equum centum quadringenta. Similitur de vniuersis regnis cetheorum et a regibus syrię: emptio celebrabatur.

Dixit autem salomon edificare domum nomini domini. et palatium sibi. Et numeravit septuaginta milia viros portantium hueris. et octoginta milia que cederent lapides in montibus: prepositosque eorum tria milia sexcentos. Misit quoque ad hiram regem tyri dicens: Sicut egisti cum dauid patre meo et misisti ei ligna cedrina ut edificaret sibi domum in qua et habitauit: sic fac mecum ut edificez domum nomini domini dei mei. ut consecrē eam: ad adolez

incensum coram illo et fumiganda aromata. et ad propositionem panis sempiternam. et ad holocaustum mane et vespere. sabbaque quod est et neomenias. et sollempnitatibus domini dei nostri in sempiternum que mandata sunt israeli. Dominus enim. quam edificare cupio magna est. Magnus est enim deus noster super omnes deos. Quis poterit preualere ut edificent ei dignam domum? Si celum et celi celorum capere eum nequeunt: quantum scio ut possim edificare ei domum? Sed ad hunc finem: ut adoleat incensum coram illo. Mitte ergo mihi virum eruditum qui nouerit operari in auro et argento. ere et ferro purpura coccino et hyacintho. et qui sciat sculpere celaturas cum his artificibus que sunt mecum habeo in iudea et in hierusalē que preparauit dauid pater meus. Sed et ligna cedrina mitte mihi et arbutia et pinea de libano. Scio enim. quod serui tui non erunt cedere ligna de libano. Et erunt serui mei cum seruis tuis: ut parent in ligna plurima. Dominus enim. quam cupio edificare magna est nimis et incalculata. Preterea operariis que celari sunt ligna huius tuis dabo in abaria. tritici choros viginti milia. et hordei choros totidem: olei quoque lata viginti milia. Dixit autem hiram rex tyri per litteras quas miserat salomoni: Quia dilexit dominus populum suum. idcirco te regnare fecit super eum. Et addidit dicens: Benedictus dominus deus israel qui fecit celum et terram: qui dedit dauid regi filium sapientem et eruditum et sensatum atque prudentem: ut edificaret domum domino. et palatium sibi. Misit ergo tibi virum prudentem et scientissimum. hiram patrem meum filium mulieris de filiabus dan. cuius pater fuit tyrius: qui nouerit operari in auro et argento. ere et ferro et marmore et lignis: in purpura quoque et hyacintho et byssino et coccino. et qui sciat celare omnes sculpturas. et adinuenire prudentem quodcumque opere necessarium est: et artificibus tuis et cum artificibus domini mei dauid patris tui. Triticum ergo et hordeum et oleum et vinum que pollicitur es domine mihi mitte huius tuis. Quod autem cedem ligna de libano que sunt necessaria habuerit et applicabimus ea ratibus que mare in